


QVI NON INTELLIGIT, AVT TACEAT, AVT DISCAT.

IGNIS

AËR


MONAS HIEROGLYPHICA  
IOANNIS DEE, LONDINENSIS,  
AD  
MAXIMILIANVM, DEI GRATIA  
ROMANORVM, BOHEMIE ET HUNGARIE  
REGEM SAPIENTISSIMVM.



DE ROSE GABEL, ET PINGVEDINE FERRAR, DETTISI DEVS. Geb. 27.

Guliel. Silvius Typog. Regius, Excud. Antuerpiaz, 1564.

Inscriptio in catalogo libri Collegii Polnamiensis Societatis Jesu. 1679.



INCLYTI REGIS  
**MAXIMILIANI**  
EXCELLENTISSIMÆ MAIESTATI

IOANNES DEE, LORDINENSIS,  
Imperium optat Felicissimum.



**D**UÆ duæ causæ, meæ Conditionis Hominem,  
REGEM tantum, tam exiguo donare Mu-  
nere, animare possunt, hæc ambæ, nunc, me  
ad hoc faciendum impulserunt. Benevolentia  
nimirum erga vestram Maiestatem mea maxima: Et Mu-  
neris ipsius, licet parui, tum Raritas magna, tum Bonitas  
haud aspernanda. Benevolentiam vobis excitauere et con-  
ciliare sempiternam Vestra admiranda Virtutes: Quæ  
tantæ sunt. Ut, qui illas oculata non perspexerint, fidei  
alijs quidem, vel mediocriter credant, Rarissima, de eisdem,  
licet verissima, narrantibus. Sed qui easdem diligenter ac-  
curatiusque sunt Contemplati Presentes: Orationis, se, Di-  
etionisque maxima laboraturus Inopia ac paupertate fatis  
bunt, quam primum Oratione in eandem omnem se dis-  
fundere cupiant Amplitudinem. Huius rei causas, Ego,  
proxime iam præterito Septembri, in Hungaricis vestri Regni  
Rasania, aliquam trahens Antoniam, luculentissimas, et siquæ  
varijs exploratis modis, vixit ut egerim Testis. *scribo*  
De Muneris autem, (mole quidem ipsa exigui) quod  
dicerem Regi, verbis, quam fieri posse, paucissimis,  
Adhibi, Mentis indaganti conamine toto, Occurrit Magna

na vita Duplex, inque diuersas sententias. *Curfus* (quorum alterum ingrediuntur Plerique omnes) istac confiderandus ratione. Quam primum Infantia confecto curriculo, Pueritiaque: Adolēcentium iam; Quod vita deinceps ingredientur genus; Animum torquere incipiat Optio: Tunc, in ancipitis Iudicij aliquantulum hesitantes, Bivio: Statuunt tandem: Vel, (Veritatis Hij quidem & virtutis Capti Amore) ad Philosophandum, toto reliquo vite spatio, neruos contendendos omnes: Vel, (Illi certe, Mundanie irretiti Illecebris: aut Diuitiarum flagrantes Cupiditate) delicatā Quæstuosamue vitam ducere, modica sollicitē laborandum omnibus. Et Istorum; Mille, profecto, vel facillimē inuenias: Vbi Florum (sincerius scilicet qui Philosophia operam nauant) vix Vnum monstrare queas. Qui ipsa Physica, saltē prima Keraque, degustaris fundamenta. At, Qui Cælestium virium & Abstrionū: Rerum aliarū Ortus, Status, Obitusque, fuerit penitus plenusq; perscrutatū: Causas; ne eorum quidem, qui se totos ad Sapientie studia conuertēre, Mille senum, in medium adferre, Resp. Literaria potest. Quid ergo, Qui istis difficultatibus superatis omnibus, ad Supercælestium Virtutum, Metaphysicarumque Influentiariū Speculationē. & Comprehensionem Aspirarit, VBI HUNC, in toto Terrarū Orbe (nostris istis deploratissimis Temporibus) Adueniunt, vel VNUM, esse sperabimus HERCAF. Cui iuxta prioris nostre (haud temerē receptæ) MILLESIMÆ Proportioni Progressum: EX CENTVM SINCERÆ

PHILOSOPHANTIVM MYRIADIBVS: AT EX PROMISCVÆ HOMINVM SORTIS, CENTVM MYRIADVM MILLIBVS, HUNC VNICVM FOELICISSIMVM FOETVM EXPECTARE DEBEMVS. Cuius sic demonstrata RARITATIS, HIEROGLYPHICVM Typum, ad Pythagoricam (dictam) appropinquemus literam. Vbi, vestre Excellentie attentius intuenti, maiora sese (Consideranda) offerre videbuntur. *Mysteria: ex nostris hoc modo descripta: COSMOPOLITICIS Theorijs.* *in quo articulo per equum hospitali*

ΤΡΑΝΝΟΣ: ΠΙΝΕΤΜΑΤΙΚΟΣ:



In quo nunc Triplex istius (Philosophicæ) explicata Raritate Grada (Clementissime R. EX) Operam quidem hoc meum Esse, Censeri que Munus: Vel Ipse, qui Artium Maximarū Rerumq; Secretissimarū cognitionis, Excellis &

Abundantia facili possit ab equi coniectura. Hæc est in Saturno; & primoque Philosophandi genere, statueret: non id à me arroganter esse factum existimo. Est ab humo; altius ierendum videatur Caput lenare velle: Ex eodem ergo & BONITATIS Gradus, fructus vberes, da ista meo Sperandis Munere, Vestre Castitudini palliceri, audeo. Et hac quoque Raritate præditum est, hoc nostrum Munus. Quod eo genere Scribendi, vsque ad extremum Orationis filium, contextum est, quo; nunquam, ad hodiernum vsque diem, aliquod fuisse absolutum Opus, vel auditione accipere potui, vel ex Maiorum intelligere Monumentis.

Hieroglyphicum etiam licet appellem, subesse tamen & Lumen & Robur quasi Mathematicum. Qui penitus examinari, fatebitur: Quod in tam Raris fabricare rebus, satis esse Rarum liquet. An non hoc Rarum, quæso, Astronomicos Vulgares Planetarum Characteres, (ex Mortuis, aut Mutis, aut saltem quasi Barbaris ad hanc horã Notis,) Nam, Vita imbuti Immortali: & in omni Lingua & Natione, proprias suas Eloquentissime explicare posse videret. (In ista accedit & istud valde Rarum. Externa eorumdẽ Corpora, aut mysticã iam suas (optimis Argumentis Hieroglyphicis) esse reuocata, restitutaue Symmetrias. Quasi, vel eadem fuissent olim, apud Saeculum prius: videret fore videret. In ista accedit & istud valde Rarum. Ex Dodæcemoria, & Notis, quam nolo, sed iam præstare remanet in his successu, & videret, De est Rarum, in Notis præstare. Et hoc omnia & Punctum, eoque MER- abunda. E A

CVRII, Characterè Hieroglyphico (Acumine quidam præmunito) includi, est omnino Rarissimum. Vnde ergo, Ille, nobis totius Astronomiæ Restitutor & Instaurator nominari potest: Et nostri IEOVE in hoc genere Nuncius, vt Sacram hanc Descriptionis Artẽ, vel NOVAM consideremus. Primi: vel extinctam prorsus, & ex omni hominum Memoria deletam, eius Reuocaremus. Munitis. Idque, à nobis, hoc est factum modo, vt placidissime, & quasi sua sponte, Hieroglyphica illa Interpretationes: Omnes, sese in medio ponant, Violenti aut nil, vel Improprum quasi per os videri, Opusculum potest.

8. Et hæc, Ita, LONDINENSI nostro HERMETIS SIGILLO (ad sempiternam Hominum memoriã) Consignari, Vt, in eodem, ne Superfluum. Punctum Unum, & ad hæc, quæ diximus, significanda, (longeque maiora,) me non deficiat Punctum, Omnes cogentur, maxime fateri Rarum. At præ ceteris, Illi, qui in Philosophia Sapientieque profundioribus Disquisitionibus, Nonnisi possunt profiteri suum. Sic enim Testificabuntur Grammatici: dum rationes esse reddendas, de Literarum formis, Situ, Locis in Ordine Alphabetario, Nexibus varijs, Valore Numerali, alijsque plurimis (quæ circa Trium Linguarum Alphabetã Primariã considerari debent.) hic admoneri se videbunt. Et ex alijs, tam Rarum esse Grammaticum, Quod Grammatici, Vnde esse Scientiam, ab VNO discendam Homine, exacte defendere possit: Quod Illud, quæ supra in Terris demonstrauimus. Rarissimum.



*An. 1557. In Speculo Vnitatis. ne Apologia pro Regero Bacho. ne Angli.*  
 mum Apologesice olim differuntur. Sed tanta de his mihi  
 constant Mystéria que solidissima habent (tunc ipsius Artis  
 Grammaticæ, tum eorum que eiusdem eruantur auxilio  
 Mysteriorum) in SACROSANCTIS DEI OMNIPOTEN-  
 TIS, SCRIPTURIS, IACTA FUNDAMENTA, QUANTA NEC LIBRO EX-  
 Plicare magna queam, nec LOCUS iste, ium, Requiere vide-  
 tur. Neq; mireris, O Romanorum Rex Idalyte, Me, Al-  
 phabeticam Literaturam, magna continere Mystéria, nunc  
 obiter referre. Cum IPSE, qui omnium Mysteriorum Au-  
 thor est, SOLUS, ad Primum & Kletum, SE IPSUM  
 Comparavit Literam. (Quod non in Græca, solum esse in-  
 telligendum Linguas, sed tum in Hebræa, tum in Latina,  
 varijs, ex Arte ista, demonstrari potest. vjs.) O, Quanta,  
 tum, debeant esse, Intermediarum Mystéria. Et non est  
 mirum, hoc in literis sic constare: Cum & VISIBILIA & IN-  
 VISIBILIA omnia: Manifesta, & Occultissima (Natu-  
 ra vel Arte) ab ipso Deo emanantia, ad eius BONITA-  
 TEM, SAPIENTIAM & POTENTIAM, prædi-  
 candam, celebrandamque: a nobis, diligentissima Indagine  
 sunt perlustranda. Inde, excusatione omni, carere. Hinc  
 Ad Rom. M. N. V. M. GENVS, docet Paulus: Etiam si, nullum  
 aliud de his haberet Scriptum Monumentum; Quam, quod  
 ex CREATIONE, ipso Digito DEI, in omnibus est ex-  
 aratum Creaturis, id est, hoc nunc non ago, Curiosus, ut ista  
 ab omnibus requirere, vellet Grammaticis: Sed Ipsos, Qui  
 Rem abditæ erunt Mystéria Laborant: cum Vesterfa-  
 cere, nos, RARVM quoddam in hoc Genere, (ex nostra  
 MONA-

5  
 MONADE;) demonstrasse Exemplum: tum, Amicè ad-  
 monere; Primas, Mysticasque, Hebræorum, Græcorum, &  
 Latiorum literas: à Deo solo profectas, & Mortalibus  
 Traditas. (Quicquid humana iactare solet Arrogantia)  
 Earumque omnium Figuras, ex Punctis, Rectis Lineis  
 & Circulorum peripherijs, (mirabili, Sapientissimoquo  
 dispositis Artificio) prædixisse. Et, licet, omnem Mosæica  
 Legis sensum, usque ad Jodim & Apicum Impletionem  
 omnium, considerandum esse; nos docuit æternæ Cælestis  
 nostri Patris Sapientia: quasi in IOD & Chireck (ex  
 quibus omnes Hebræorum Literæ, Vocales que consurgunt)  
 ultima Considerationis Legalis, facta Analysis: Nobis tamen  
 non est id Contrarium, VNITATE APICIS CHI-  
 RECK, IMMOTA MANENTE: TRINITATEM  
 MONADVM, CONSUBSTANTIALEM, IN  
 VNITATE IPSIVS IOD, CONSPICVAM,  
 Amplectentibus: Ex RECTA DESCENDENTE  
 LINEA VNA, ET DIVERSIS PERIPHERIÆ  
 PARTIBVS DIMANIBVS, CONFORMATAM. Unde  
 de satis concludere, eodem habere, detegimus. Primas, Nomi-  
 nes, tum Scrupulam Hebræicam Liberam, & Noku-  
 dosh Fibris, cum, eam Mystica condere Principijs, sine  
 Presentissimo Divini Numinis Afflatu, non Potuisse. Quis  
 etiam si, Minima eorum sunt, que vulgarium Grammatica  
 eorum, præcedentium Indivjs, Ductam, que, ipse, ad om-  
 nem Extremum, & Nukudosh Generationem, & quæ  
 mirabiliter commodent, Artificio, apte à Sapientibus consi-  
 derantur,

siderantur, Maxima, perpluraque (absolutissima Ana-  
 gogia) illos edocent. *Mysteria*. Sed dimissis, hoc modo,  
*Litterarum istis, & Linguae Philosophis; MATHE-*  
**MATICOS** meos, Raritatis istius nostri *Muneris*, ad-  
 2. ducam sincerissimos *Testes*. **ARITHMETICVS**, (non  
 dico, **LOGISTA**) an non mirabitur, Numeros suos, quos  
 1. à rebus Corporeis Abstractos, & sensibilibus omnibus  
 liberos, in Dianæ recondere recepit, ibique, Mentis  
 varijs tractabat Actionibus: Eosdem, hic, in nostro Opere,  
 tanquam Concretos & Corporeos ostendi, fierique: & eor-  
 undem Animas, Formalesque vitas, ab eis, in nostris se-  
 cerni vsus? An non maxime mirabitur, Tantum videre  
 2. **MONADIS** Fortum: cui nec ulla Monas Alia, vel *Nu-*  
*merus*, additione accedit: Nec extrinsecè ad ipsam *Mul-*  
*tiplicandam* adhiberi potest? An non admiratione affi-  
 3. cietur maxima, in *Rei* & *Census* Subtilissima Generalique  
*Regula*: **VNIUS REI**, tanquam Chaos, propositæ, (ad  
 omne dissoluendum *Arithmetici* Dubium, habilis) **CEN-**  
**SVM** ipsum, & *Valorum*, siue *Æstimationem* (Potentia  
 in ipsa *RE* Latentia) Hic, Primo, semper *Examine*, **DE-**  
**NARIO** explicari *Numeros*, *Accuratis* *Diuisionis* & *A-*  
*quationis* operibus (vel ut illa *Arts* prescribit) mediatribus  
 3. *primis*? **GEOMETRA** (mi. Rex) sibi de *Artis* suæ viæ  
 satis plene costare *Principijs* (quod valde mirum est) incipit  
 hesitare: cum, hic, in *Secretis*, mirumurari, Innique intel-  
 liget: **QUADRATO**, **CIRCULARE**, omnino *Equa-*  
 le, huius **MONADIS** Hieroglyphica *Mysterio* dari  
 Archime-

Archimedisque dictos **SVDOKES**, hic, excellentissimo co-  
 pensari posse *Fructu*: licet tentatum haud fuerit ipse asse-  
 cutus *Problema*: In Magna Voluisse *Sar* est. **MV-**  
**SICVS**, quo stupore Ille possit iure affici meritissimo: cum  
 4. sine *Motu* & *Sono*, inexplicabiles, *Celestes*que hic *Intel-*  
*liget* **HARMONIAS**? Et **ASTRONOMVS**, an non  
 5. perpepsi sub *Dio* *Algoris*, *vigiliarum* & *laborum* penite-  
 bit se maxime, Cum, hic, sine *Aëris* vlla perferenda *Iniuria*:  
 Sub recto, *Clausis* vndiq; *fenestris* *Offijs*que, ad quodcum-  
 que datum *Tempus*, *Celestium* *Corporum* *Periphoras*, *ocu-*  
*lis* exactissime queat obseruare? Et hoc, quidem, sine *Me-*  
*chanicis* vllis, ex *Ligno* vel *Orichalco* confectis *Instrumen-*  
*tis*? Et **PERSPECTIVVS**, sui *Ingenij* *Stupidita-*  
 6. *tem* condemnabit: Qui, ut iuxta *Parabolica* *Coni* *Section-*  
*is* *Lineam* (aptè in *gyrum* *circumactam*) *Speculum* effi-  
 ceret, modis laboravit omnibus: quò propositam quamcum-  
 que (igni obnoxiam) *Materiam*, *incredibili* ex *Radjs* *Sol-*  
*aribus* vexaret *Calore*: Cum, hic, ex *Tetrahedri* *Sectione*  
*Trigonica*, *Linea* exhibeatur, ex cuius *Forma* *Circulata*,  
 fieri potest, *Speculum*, Quod, (vel *Nubibus* *Soli* *subdu-*  
*ctis*) quoscunque *Lapides*, vel *Metallis* quodcumque in *Im-*  
*palpabiles* quasi, vi *Caloris* (verissime maxima) redigere  
 potest: *Pulueres*. Et, qui **PONDERVM** subtili *Spè-*  
 7. *culationi* tota vite *Tempore* in *judicij*: Quam bene, suos  
 ille collocatos esse *Isidoros*, *sumptus*que vndicabit: Cui, hinc,  
*Elementum* *Terræ* supra *Aquam* natæ posse, verissima  
*Experientia*, **MONADIS** nostræ docebit: *Magisterium*?

8. *Handsecus, Qui Rationes PLENI & VACVI* (argumentum & sive ab ipsis Philosophia Incunabulis controuersum) diligentissime ventilauerunt: Videruntque, ea Legge, & Natura (quasi Indisolubili) vinculo, (à Deo Opt. Max.) coördinatas, conexas, & Copulatas Elementorum proximorum esse Superficies: Vt in Igne, Aëre & Aqua, sursum deorsum, Forsum Illosum, (ex eorum animi sententia) ducendis impellendisue, hominibus Miranda confidentissime ostendere possunt (Varijs & illi quidem Inuentus Reip. sunt Artes: Ut Hydraulicorum totum Artificium monstrat, & reliqua Heronis Thaumopœtica; vt nunc placet illa nominare.) At, quod Terra Elementum, Sursum, in Ignem, per Aquam, vlla Machina exantlare possit: Nullus ex illa Professione, sibi vendicabit. Nostra tamen MONADIS Theorie, fieri id posse, demonstrant. O Sapientissime Rex, Ista in Mentis vestrae, Memoriaeque reponatis Thesauris Secretissimis. Ad **CALISTAM** iam venio Hebraeum: Qui, vbi sua (sic dictam) Gemetriadem, Notariacon, & Tzzyrph (Artis suae tres quasi precipuas Claves) extra Sancta, Nuncupata, Linguae exerceri fines videbit: Immo vndiquaque (ex obuijs quibusque, visibilibus & Inuisibilibus) huius, (à Deo) Receptae Traditionis Mysticae Notas, Characteresque corrogari; Vel, hanc quoque Artem, tum, vocabit **SANCTAM**: (veritate coactus, si Intelligat) Vel, non Iudeorum, tantum, Sed omnium Gentium, Nationum & Linguarum, sine ἀποκρυφισμῶν, Eundem esse **DEVM** benevolentissimi-

nevolentissimum fatebitur: Nullumque Mortalem se Excusare posse, de Sancta huius nostrae Linguae Imperitia. Quam, in nostris ad Parisienses Aphorismis, **REALEM** nominavi **CABALAM**, siue Τέχνη: Vt illam vulgarem alteram, Cabalisticam nomino **GRAMMATICAM** siue Τέχνη, quae, notissimis Literis, ab Homine Scriptibilibus, insistit. Hæc autem, quæ Creationis nobis est Nata Legge, (vt Paulus innuit) **REALIS CABALA**, **GRAMMATICAM** quoque quædam Diuinior est: cum Artium ista sit Inuentrix Nouarum, & Abstrusissimarum fidelissima Explicatrix: Vt hoc nostro alij tentare Exemplo, de cetero, possint. Non exhorresces, beneficio, (O REX) Licet iam, in vestra Regia Præsentia, **MAGICAM** hanc proponere audeam Parabolam. Terrestræ quoddam Corpus, **MONAS** hæc nostra Hieroglyphica, in Centro Centri, Latens, possidet: Quod, Quæ sit **ACTVANDVM** diuina Potentia, sine Verbis, Ipsa docet: Cui iam **ACTVATO**, Lunaris & Solaris est (Matrimonio perpetuo) **COPYLANDA**, Influentia Genetica: Licet, ante, in Cabo vel alibi, fuere ab EODEM Corpore **SEPARATISSIMÆ**. Hæc (Dei Nutu) facta **GAMACA**, (Quam, Parisiensibus, sum Τύχη, & αἰών, interpretatus: id est, Matrimonij Terram: siue Influentialis Coniugij, Terrestræ Signum) Super suam Nativam Terram, Eadem, ulterius Nutriri non potest, vel Irrigari, quam ad **QUARTAM** magnam vereque **Metaphysicam** Revolutionem Completam. Quo finito Progressu: Qui aluit, in **METAMORPHOSIM**,

Primus Ipse abibat: Rarisimeque, post, Mortalium conspicitur oculis. Hæc, O Rex Optime, Vera est, toties decantata ( & sine Scelere ) MAGORVM INVISIBILITAS: Quæ ( vt Posterius omnes fatebuntur Magi ) nostra est MONADIS concessa Theorijis. Expertissimus

II. MEDICVS; etiam ex eisdem, facillimè Hippocratis Mysticam assequetur voluntatem. Sciet enim, QUID, CUI,

Lib. de Flu. libu.

ADDENDVM ET AVFERENDVM sit: vt, ipsam Artem sub maximo MONADIS nostræ Compendio, & MEDICINAM ipsam contineri, Lubens deinde fieri Velit. BERYLLISTICVS; hic, in Lamina Chrystallina, omnia que sub celo LVNÆ, in Terra vel Aquis versantur, exactissimè videre potest: & in Carbunculo siue

12. Lapidè, Aëream omnem, & Ignicam Regionem explorabit. Et, si VOARCHADVMICO, nostræ Hieroglyphicæ MONADIS, Theoria vigesima prima, satis faciat, Ipsique, VOARH BETH ADVMOTH, Speculandum ministret: Ad Indos vel Americos, non illi esse Philosophandi gratia, peregrinandum, fatebitur.

13. Demque de ADEPTIVO genere. ( quicquid vel ARIOTON Ars subministrare, vel polliceri possit; vel viginti Annorum maximi Hermetis labores sunt assecuti ) licet, ad Parisienses, sua MONADE peculiari ( Anagogica Apodixi illustratum ) aliàs scripserimus: Vestræ tamen Maiestati Regia constanter asserimus, ID OMNE, Analogico nostræ MONADIS Hieroglyphicæ Opere, ita ad vniuersum exprimi, vt Similius aliud Exemplum, humano generi nunc

14. possit

possit proponi. Quod, in seipsum, dupliciter, traducere debet: Ipsum, Scilicet, Dignificatum Glorire Opus: & Operis Imitari Dignificationem.

Nunc, Satis à me, ( Imò vereor, si hæc hominum audiret Vulgus, ne plus satis, ) de Raritate nostri huiusce Muneris Theoretici, esse dictum, ( Triplicis Inchyte Diadematis Honore ) Concedas Rex O Maximilianè: Eisdemque limitibus, eiusdem definiri Bonitatem. Satis ergo sit, ( Regum omnium Decus singulare ) hoc nostrum Munus, Dum, tam esse Rarum demonstrauerimus diligentius, Neminem tamen ( licet Inuide Lingua Potularia Maledicentissimum quidem ) Auctum esse Esopicam iustificare posse. Tantum profecto abesse, vt iuste, illius Indignitatem ferat Calumniam, Modestissimi omnes Sapientissimique fatebuntur Philosophi: quod non dedignabuntur Illi quidem, vna mecum, Laudes & Honorem illi Phœnici accipere, ex cuius Solius Misericordiam Alis, Rarissimas istas omnes cum Timore & Amore extraxerimus Theoreticas Plumas: cõtra nostram per Adamum introductam Nuditatem: Ut eisdem, Fenorantia asperrimis quibusdam frigoribus, multo resisteremus alacriores: & Errorum Turpitudinem, à Philosophantium tegeremus oculis, Honestæ VERITATIS stadiossimi. Et quamuis Auctoritate aliqua humana, nullo modo, hic sumus freti, Sicubi tamen, Antiquissimi alicuius Philosophi, opportunè poterat nostro illustrari Lumine, aliquod notabile dictum vel Scriptum: ibi, illud amicum nostris exhibere Posteris, non recusauimus. Veluti in

Hermetis,

Hermetis, Ostanis, Pythagore, Democriti, & Anaxagora quibusdam Mysterijs: In qua, ex nostris Hieroglyphicis descendimus Demonstrationibus, non tanquam ab illis, fidem emendicantes in istis. Et istam tantam Raritatem, ita, vbiq; coniuncta Comitatur Bonitas: ut Nihil, vel apertè vel testè, in hoc libello à nobis esse positum, **PROTESTEMVR**, quod nõ Idem Honestum, sincerum, Dignitati Humana aptum sit: Pietatis perfectissima, Religionisque vera studio Vilissimum. Et ut **ΟΡΘΟΜΕΙΝ** certè, in tam arduis Mysterijs non potest, nisi Ille, Qui, eorum perspectissimam habet omnè Amplitudinem: Sic Nemo citius Infantiam suam, Malitiam, vel Arrogantiam proderet, quàm Ille, Qui, quicquam eorum que hic Vestra Sapientie Commendauimus, vel tanquam Impium Condemnare, vel tanquam frivolum Reijcere auderet. Cuius rei, cum nullum, vel Iudicio Acutiorè, vel Vsu Expertiorè: vel Auctoritate Potentiorè: vel Sinceritate Fideliorè, adducere quis possit Testem, quàm Summus Ille Regū Rex Omnipotens, Regem fecerit **MAXIMILIANVM**: Erit ergo mihi Vestra Augusta Maiestati instar aliorum Omnium: Cui, hac nostra, Probata esse, haberi que Rata, non solum, Triobolarium multorum obturabit ora Grammaticarum: Sed etiam multorum Philosophantium eriget animos: vel huius, iam, propter tantorum Mysteriorum proclamatum Incertitudinem, Tacentes: Vel, propter Rerum Raritatem, Imperitorum Superbamentas Iudicia: Qui Bona cum Malis (temerè promiscue-

promiscueque, ex nominis sola Similitudine,) condemnare solent Studia. Cum maxime deplorando (interdum) Optimorum librorum interitu. Quorum vtrumque, Reipub. Christiana, plurimum, varijs temporibus, attulisse detrimenti, clarissimè constare potest. Apto nimirum ad tam magna tractanda. Capessendaque Ingenio, vel prioritate ne perterrefacto: vel iam, quidem, cum Progressus haud mediocres fecerit. Rusticè eiusdem & Superbè, ab Imperitis Iudicibus, vniuerso tam nobili tamque diuino Mysteriorum condemnato studio. At alterius est loci, singulis Scientijs Honestis, suas comparare emulas: falsas illas quidem, Vmbrales, Odiosas, Molestas, Hominumque Societati Inutiles. Quas, Solas, & ea ratione qua vulgares captant homines & exercent: non Vulgari solum; sed Sapientissimi cuiusque Iudicio explodendas; condemnandasque; & fatemur; & ita diligentissimè fieri, nos quoque, suademus. Sed, Qui, **CORPORA** illa, vel Esse nesciant, vel Vbi, vel Qualia sint, **QUORVM** ista tenuissima sunt Vmbra: Quo modo, Illi, Hominum non Vulgarium; non Vulgaria condemnare Studia, valde audent, vel saltem fure possunt? **FIAT IUSTITIA**, Unicuique, Quod Suum est, sic tribuatur, in istis, Vulgaribus Scijs, Artium Magnarum Vmbrae non sistantibus solum; sed easdem etiam sceleratissimè ementientibus adulterantibusque; Nugas, Errorè, omnemque adscribamus Impietatem. At in Bonis Solidisque Studijs Prometioribus: & honestis moribus tum confirmatis, tum sua integritate Clarissimis: Kol-



Vim (ob leuem Vulgi Calumniam) Inferre: Veleorum in Odium vocare Nomen, studiâq; vel in discrimen Vitam: nō solum inhumanum id mihi (O Rex) Sed Iniustum & quasi Impium, Videtur. Nam, vt Corporum quorumcunque, omnes vbiunque Vmbrae; COMMVNES cum ipsis Corporibus TERMINOS habet: (Quod Mathematicis est notissimum) Eodem modo, & hic, Phrasēs Loquendi, Scribendique: Umbris, Verisque ipsis Corporibus, Communes esse, Permittunt SOPHI. Vbi, Imperiti, Temerarij, & Presumptuosi Simiæ; VMBRAS Captant solas, nudas, & Inanes: Dum Ipsi Sapientiores Philosophi, CORPORVM Solida fruuntur Dōctrina & fructu gratissimo. Sicque verè, Illud, vsu venire videmus: Vt filii, Id quod habere se putabant; (Vmbra tile;) tanquam non Solidum & Sincerrum, ex manibus exipiat, iustissime: & Corpora tractantibus, Vmbrarum omnis sit concessa honesta legitimaque Comprehensio & Cognitio. ΟΡΘΟΤΟΜΕΙΝ igitur oportet, (O Rex,) inter VMBRAM & CORPVS: & virtusque distinguere fines, vires, & vsus, IUSTITIÆ Ille est Gladius, Regius, Imperatoriusque: cuius, vt alia multa, ita, & hoc, est prestare Diuinum Munus. Et Arte profecto quadam, interdum, Ipsi Sophi, VMBRATILES figurat, intra ipsorum Corporum Sinuos anfractus, libenter admittunt: ne Aferis in Hesperidum Hortos, ruditer irruentibus, electissime prebeantur Laetuca, cum illis sufficiant Cardui. Ignosces mihi O Rex, Mundum, de Iuristia (ex Christi Auctoritate) arguenti.

Neque

Neque haec, vilo modo, hoc loco, hijs Temporibus, Tua praesertim cōmemorata Sapientiae, Parerga censeri volo: immō ne Superflua quidem. Atque haec haecenus. Hunc ergo meum MONADIS HIEROGLYPHICÆ Fatum (Conceptione quidē Londinensem, Natiuitate vero Antverpiensem) Vestra Serenissima Maieitati, humillimè Offero: Obnixè à vobis contendens: vt eiusdem non Dedignemini, nunc quidem, fieri Compatere: post verò, cum erit & aetate grandior, & fide sua Commendabilior, in vestra semper vobis vt seruire possit praesentia. Pro vestro, deinceps Ego eundem haberi volo, O Clementissime REX: Qui, vt mihi visus est toto partus Tempore; Blandissimo Aspectu, ante oculos versari meos: ita, ea ratione, facilem mihi expeditumque huius in Lucem editionis, Laborem fecisti. Nam quem Annos prius continuos: Septem, Mente gestavi mea; eundem, incredibili vestra ad tantum Interuallum, Virtute Magnetica, duodecim solum Dierum spatio, in hanc communem Auram, placidissime sum Enixus. Quod, Felix, Faustūque esse, tum Vestra Augusta Celsitudini, tum ardentissimis meis sincerissimae, veniat studijs, Concedat, flos la Sacrosancta TRINITAS; Quae (in MONADIS Ineffabilis, Omnipotentia, ante omnia Saecula, fundata, viuit, regnatque Semperterna: Cui Soli, omnis Laus, Honor, Virtus & Gloria, ab omni semper, exhibeat, decanteturque: Creatura.

Antverpia.

Anno 1564. Januarij, 29.

M. G. H.

C. 2.

GVLIELMO SILVIO

IOANNES DEE LONDINENSIS,

S. D. P.



Amice mi, Optime Gulielme,  
 Quam vnice charas, Præclarissimas ha-  
 beam, Illustrissimi Regis MAXIMI  
 BRITANI Virtutes: Qui ex Cordis mei  
 Scripijs, Rara, excellentissimaque communico Ara-  
 cana: Ea que ratione, illi communicanda Curati, vt  
 etiam Plures per Terrarum. Orbem ( tum in eius  
 Honorem, propter eximias suas, Regiasque virtu-  
 tes: tum vt Alij ex illo Sibi exemplum capiant: qui  
 & Regijs Sapientissimè vacare Regnorum Guber-  
 naculis: & Philosophorum tamen, Sophorùmque  
 Stupenda cumulate addiscere Mysteria potest) Plu-  
 res, inquam, eisdem frui; Vestra Diligentia, & Fide  
 queant. Duo igitur sunt, quæ mihi es orandus ma-  
 ximè: Vnum, Vt vbique accuratam meam, in Lite-  
 rarum Varietate, Punctis, Lineis, Diagrammati-  
 bus, Schematibus, Numeris, aliisque, Imiteris,  
 ( quantum possis ) Diligentiam: Ne, Idem Ipsum,  
 quod Ego ( DEI NVTV ) peperì ex omni parte be-  
 ne Formatum Corpus; Typographiæ Negligentia,  
 vel Mutilum, vel Deforme prodeat in Lucem: in-  
 dignum

dignum, siquidè, Rege tanto; Indignum verè Phi-  
 losophantium Studijs, & laboribus, quos in eo pe-  
 nitissimè, sepiusimèque examinando, collocare vo-  
 lunt, Maximis. Cauere tamen fatis, de isto, mihi  
 Videor, Infortunio, dum te elegi; Istius nouiter  
 Nati Operis Parentem Typographicum: qui om-  
 nibus modis, nitidum, suisque bene Compositum  
 Membris, tua Curatura, emittere potes.

SECVNDVM, quod à te præstari Optarem,  
 haud est leue, id quidem: Nimirum; Promiscuo vt  
 hominum generi, hosce, nullo modo, in manus des  
 Libellos. Non quod illis ego hæc quidem, vel me-  
 liora, inuideam: Sed hoc inde oriturum mali Sus-  
 picans: Non solum, quod, ex isto Labyrintho, Se,  
 Miseri, nunquam extricare possunt: ( Ingenium in-  
 terea, Incredibilibus Angentes modis, pessimèque  
 suis prospicientes Rei familiaris negotijs ) sed etiã,  
 quòd, Alijs quoq;, ( illis inuium ) vel, Ingredi suade-  
 bunt Iter: vel de eiusdem, veluti illis explorata,  
 Certitudine, Sceleratissimè eumentur; Imposto-  
 res, Hominùmque Laruæ: Vel Denique, talia DEI  
 MAGNALIA, Esse, Negare; Aut meam, rabidissi-  
 mè accusare Sinceritatem audebunt: tunc tandem  
 Desperabundi; Vt, primò, hæc Mysteria, cum ma-  
 xima Præsumptione aggressi sunt Temerarij. At  
 in hoc tanti Momenti negotio, Si te bene à multis  
 iam annis noui ( vel propter amicitiam nostram:

vel Reip. Christianæ Vtilitatem; vel saltem propter  
Ipsius Sapientissimi MAXIMILIANI, Heroicas  
Virtutes, quæ nihil Commune cum Hominum  
Vulgari habent Sorte) Cauebis, Spero, ne Fidem  
tuam frustra requisuisse Videar. Cauebis tu  
quidem: &, per te, Honestissimi omnes

Librorum Mercatores.

Valcas.

Ex Museo nostro Antverpiensi:

Anno 1564. Januarij 30.

MONAS

12  
MONAS HIEROGLYPHICA.

IOANNIS DEE, LONDINENSIS.

*Mathematicè, Magicè, Cabalisticè, Anagogiceque,*  
explicata: Ad

SAPIENTIÆ SEMVM,

ROMANORVM, BOHEMIAS, ET HUNGARIAS;

REGEM,


MAXIMILIANVM.

THEOREMA I.




Et Lineam rectam, Circulumque, Prima Sim-  
plicissimaque fuit Rerum, tum, non existentium,  
tum in Naturæ latentium Inuolucris, in Lu-  
cem Productio, representatioque.

THEOREMA II.

AT nec sine Recta, Circulus, nec sine Puncto, Recta arti-  
ficiose fieri potest. Puncti proinde, Monadis que ratione,  
Res, & esse cœperunt primo: Et quæ peripheria sunt affectæ,  
(quantæcûque fuerint) Centralis Puncti  
nullo modo carere possunt Ministerio. 

THEOREMA III.

MONADIS, Igitur, HIEROGLYPHICAR Conspicuum  
Centrale Punctum, TERRAM refert, circa quam, tum  
SOL, tum LVNA, reliquique Planete  
suos conficiunt Cursus. Et in hoc mun-  
re, quia dignitatem SOL obtinet sum-  
mam, Ipsum, (per excellentiam,) Circulo  
notamus Integro, Centroque Visibili. 

MONAS  
HIERO-  
GLYPH-  
ICA.

THEO-

## THEOREMA VIII.

LVNAE Hemicyclium, licet hic, Solari sit Circulo quasi Superius Præiusque: Tamen SOLEM tanquam Dominum, Regemque suum obseruat eiusdem Forma ac vicinitate adeo gaudere videtur, vt & illum in Semidiametri æmuleto Magnitudine, (Vulgaribus apparente hominibus,) & ad eundem, semper situm conuertat Eumen: SOLARI-  
 EYSEQVIB, ita tandem inbui Radijs appetat, vt in eundem quasi Transformata, toto dispareat Cælo: donec aliquot post Diebus, omnino hac qua depinximus, appareat corniculata figura.

## THEOR. V.

ET Lunari certè Semicirculo ad Solare complementum perducto: Factum est Vespere & Mane Dies vnus: Sit ergo Primus, quo LVX est facta Philosophorum.

## THEOR. VI.

SOLEM, LVNAMQUE, Rectilinearè Cruci, inniti, hic videmus. Que, tum TERNARIUM, tum QUATERNARIUM, appositè satis, ratione significare Hieroglyphica, potest. TERNARIUM quidem: ex duabus Rectis, & Comuni, vtrisque, quasi Copulatio Puncto: QUATERNARIUM vero: ex 4. Rectis, includentibus 4. Angulos rectos, Singulis, bis, (ad hoc) repetitis; (Sicque, ibidem, secretissimè, etiam OCTONARIUS, sese offert; quem, dubito an nostri Prædecessores, Magi, vnquam conspexerint: Notabisque maxime, Primorum Patrum, & Sophorum TERNARIUS, Magicus, CORPORA, SPIRITV, & ANIMA, constabat. Vnde, Manifestum, hic Primarij habemus SEPTENARIUM. Ex duabus nimirum Rectis, & Comuni Puncto: Deinde ex 4. Rectis, a Vno Puncto, sese, Separantibus.

THEOR.

-CENT

## THEOR. VII.

ELEMENTIS, extra suas Sedes naturales, dimotis: Suos ad eandem Reditus, naturaliter, per Rectas facere lineas, Dillocatæ eorundem homogeneæ Partes, experientem docebunt: Absurdum igitur non erit, per 4. rectas, ab vnico Puncto, Indiuiduoque in Contrarias excurrentes partes, QUATVOR ELEMENTORVM, (in quæ Elementata, singula, tandem resolui possunt) innuere Mysterium. Hoc etiam notabis diligenter, Geometras docere, LINEAM, RXIPVNGTIFLVXV, produci: Nos hic simili ratione, fieri monemus: Dum Elementares nostræ Lineæ, ex STILLABE, (tanquam Puncti, Physici) continuo Casu, (quasi FLVXV) in Mechanica nostra, producantur Magia.

## THEOR. VIII.

QUATERNARIJ, præterea Expansio Cabalistica, secundum vilitatè Numerationis Phrasin, (dum dicimus, Vnum; duo, tria, quatuor) DENARIUM, summationem exhibet. Vt & ipse Pythagoras dicere solebat: Nam 1. 2. 3. & 4. decem conficiunt: Non temerè ergo, CRVX Rectilinea, (id est, Vigesima & Prima Romani Alphabeti litera) ex 4. fieri rectis iudicata, ad DENARIUM significandum, ab Antiquissimis Latinis Philosophis est assumpta. Locus etiam illi est, ibidem, definitus, Vbi TERNARIUS, vim suam per SEPTENARIUM, ducens, illum statuit.

## THEOR. IX.

HOC autem nostræ MONADIS, SOLI, LVNAEQUE, optimè conuenire videbitur: cum eorundem per 4. Elementorum Magiam, Exactissima in suas Lineas fuerit facta SEPTENARIORUM. Deindeque, per eandem Linearum Periphoras (Ad omnis enim data lineæ Magnitudinem, licet Circulum describere, per Geometriæ leges) Circularis, in Complemento SOLARI, fuerit facta CON-


D

INVTIO.

IVNCTIO. Tunc enim latere non potest, quantum no-  
stra MONADIS, SOLI, LYNÆ QVÆDAM Crucis. DE  
NARIA inferuiat Proportio.

**THEOR. X.**

**D**Odecatemorij Arietis, omnibus est notissima, quæ est in  
Astronomorum vsu (quasi Acioædes, Acuminataque)  
figura ista: Vt & ab hoc cæli loco Triplicitatis I-  
gneæ, notari Exordium constat. Ad ignis ergo mi-  
nisterium (in huius Praxi MONADIS) requiritur significan-  
dum, Arietis adiecimus Astronomicam notam. Sic quæ bre-  
uiter, nostræ MONADIS, VNAM abfoluimus Confidera-  
tionem Hieroglyphicam: quæ sic volumus, vnico Contextu Hieroglyphico proferri.



MONADIS ISTVS,  
LYNA ET SOL, SVA SEPARARI VOLVNT E-  
LEMENTA, IN QVIBVS DENARIA VIGEBIT  
PROPORTIO; IDQVE IGNIS, PIERI MINI-  
STERIO.


**THEOR. XI.**

**A**rietis Nota Mystica, ex duobus Semicirculis, in com-  
muni Puncto connexis, constituta: Aequinoctialis Ny-  
cthemeræ loco aptissime assignatur. Viginti enim & qua-  
tuor Horarum Tempus, Aequinoctij modo distributum,  
Secretissimas nostras denotat Proportiones. Nostræ dico  
respectu Terræ.

**THEOR. XII.**

**A**ntiquissimi Sapientes Magi, quinque Planetarum, no-  
bis tradidit Notas Hieroglyphicas: Compositas qui-  
dem omnes, ex LYNÆ vel SOLIS Characteribus: cum  
Elementorum aut Arietis Hieroglyphico Signo. Veluti  
istas,

istas, quas hic vide-  
tis figuratas: Quas  
singulas modo Hie-  
roglyphico, ex no-  
stris prius iactis Fun-  
damentis, non erit



explicare difficile. At primum, de ijs quæ Lunæ habet Cha-  
racterem, nos nunc Paraphrastice agemus: de Solaribus de-  
inde. LVNARIS nostra Natura, dum per Elementorum  
scientiam, circa nostram sit semel reuoluta Terræ, SATVR-  
NVS mysticè dicebatur. Et eadem de causa, LOVIS quo-  
que habebat nomen: istam quæ retinebat figuram secretio-  
rem. Et Lunam, tertia elementarum vice, obscurius sic  
notabant. Quem MERCVRIVM vocare solent.

Qui, quàm sit LVNARIS, videtis. Istum, QVARTA  
Reuolutione produci, licet Quidam velint Sophi: nostro  
Secreto proposito tamen, non erit id Contrarium: Modò  
Spiritus Purissimus Magicus, loco Lunæ, τῆς λευκῆς σφαι-  
ραῖς Opus: & sua virtute Spirituali, nobiscum S-  
OLVS, per Mediam quasi Naturalem diem sine verbis, Hie-  
roglyphicè loquatur: in Purissimam Simplicissimamque, à  
nobis preparatam Terram, Geogamicas, istas 4. introdu-  
cens, IMPRIMENS QVÆ



**THEOR. XIII.**

**M**ARTIS ergo Character Mysticus, an non ex SOLIS  
& ARIETIS, Hieroglyphicis, est confusus? elemen-  
tali (partim) interueniente Magisterio? Et VENERIS, quæ-  
so, an non ex SOLIS, & Elementorum Pleniore Explica-  
tione? Isti ergo Planete, SOLAREM respiciunt  
Opusque Avaxiopyphastici: In cuius progressu sit tandem



Conspiciunt Mercurius ille alter; Prioris quidē Verinus Frater. Lunari scilicet Solarique Elementorum Completa Magia, vt expressissimē nobis ipse Hieroglyphicus loquitur Nuncius modō in illum oculos defigere, auremque illi præbere attentorem velimus. Et, (N V T V D E I,) iste est Philosophorum MERCVRIVS ille Celeberrimus, MICROCOSMVS, & ADAM. At Solebant tamen Expertissimi Nonnulli, huius loco graduque SOLEM ipsum ponere. Quod nos hac nostra ætate non possumus præstare: nisi ANIMAM aliquam à CORPORE, arte Pyronomica Separatam, huic Operi *Χρυσόκοπεδρῶν* præficeremus. Quod & factū est difficile: & propter Igneos, Sulphureosque quos secum adfert halitus, periculosissimum. Sed illa, certe, ANIMA, mira præstare poterit. Nimirum, tum ad LVNAB, Discum, (Vel MERCVRII saltem) LVCIFERVM; Immo & PYROENTA, Indif-

		4:		
		3:		
6:	2:		4:	0:
		0:		

TOTIVS  
ASTRO-  
NOMIAE  
INFERIO-  
RIS ANA-  
TOMIA  
MONADI-  
CA, PRIN-  
CIPALIS.

solubilibus Ligare vinculis. Tum Tertio (vt volunt) loco, (ad SEPTENARIVM nostrū Complēdum Numerum). SOLEM nobis istum exhibere PHILOSOPHORVM. Istorum duorum Theorematum ARCANIS, significandis; Videte, quā exactē, quā aperte, nostrā MONAS

DIS HIEROGLYPHICAE, respōdeat ANATOMIA ista.

THEOR. XIII.

EX SOLE & LVNA, totum hoc pendere Magisterium iam clarē confirmatum est. Huius etiam Termaximus ille

ille Hermēs, nos olim admonuit: Eius Patrem, SOLEM, esse, asserens: LVNAM autem, Matrem; Nutriri verō Scimus in TERRA LEMNIA. Radijs nimirum LVNARIBVS & SOLARIBVS, Singularem circa Eandem, exercitibus INFLVENTIAM.

THEOR. XV.

SOLIS proinde LVNAEQVE circa Terram Labores, Philosophis proponimus Considerandos. Huius quidem, quo modo, dum in Ariete versatur SOLARE Iubar: Ipsa tunc in Proximo (scilicet Tauri) Signo, Lucis nouā recipiat Dignitatem: EXALTETVRQVE Supra Innatas sibi vires. Quam (præ alijs notabilem magis) LVNARIVM, Vicinitatem, Charactere quodam mystico explicabant veteres: TAVRI, insignito Nomine. Quam, quidem, LVNAE esse EXALTATIONEM, vsque ab ipsa prima Hominum ætate (inter Astronomorum Placita,) memoriae esse proditum, notissimum est. At Intelligunt Mysterium illi soli, qui absoluti euasere Mysteriorum Antistites. Vt & simili ratione, VENERIS esse DOMVM, dixere TAVRVM: Casti nimirum Prolificisqve CONIVGALIS AMORIS: Sic enim ἡ φούρα, ἢ φούρα ἑρπύλαι: Vt Magnus ille OSTANES in Secretissimis suis Recondidit Mysterijs.

SOLIS verō, quā ratione, Ipse, post Aliquas sui Luminis, admittas Eclipses, MARTIVM Robur accipit: & in ciuitem quoque DOMO (Nostrō scilicet Ariete) veluti in sua Triumphare dicitur EXALTATIONE. Quæ Secretissima Mytheria, nostrā etiam MONAS clarissimē, perfectissimēq; demonstrat: TAVRI quidem ista que hic est depicta Hieroglyphica figura: & illa MARTIS: quā 12. & 13. Theoremate adduximus: quæ SOLEM Recta in ARIETEM tendentem, indicat. Ex præsentī autem Theoria,

Taurus	☉	LVNA EXALTATIO
Aries	♃	SOLIS EXALTATIO

Alia nostræ **MONADIS** sese offert Anatomia Cabalificæ cuius ista est vera Artificioſaſque explicatio. **LVNAE**, **SOLIS** **QUE** **EXALTATIONES**, **MEDIANTE** **ELEMENTORVM** **SCIENTIA**.

## ANNOTATIO.

Duo hic maximopere notanda eſſe cenſeo: vñ, quod Tauri Hieroglyphica iſta figura, nobis Græcorum Diphthongum *æ*, exacte repreſentet. *Prima Declinationis, Gignitivam ſemper ſingularem Terminationem. Secundæ, ex apta Metatheſi Locali, dupliciter nobis ALPH A commoſtrat: Circulo & Semicirculo Tangentibus ſolum, vel ſe mutuo (vt hic) ſecurius.*

## THEOR. XVI.

¶ **I**am nobis de **CRUCIS**, paucis, ad noſtrum propoſitum, eſt Philoſophandum. **CRUX** noſtra, licet ex duabus Rectis (vt diximus) & æqualibus illis quidem, conſecta ſit: non ſe mutuo tamen in æquales diſſecant longitudines. Sed tum æquales, tum in æquales partes, in Myſtica noſtræ Crucis diſtributione, haberi volumus. Innuentes, in Binarum ita ſectarum poteſtate (eò quòd æqualis ſunt Magnitudinis) **CRUCIS** quoque **Aequilateræ**, virtutem latere. Generaliſſimè enim, **CRUCIS**, ex æqualibus Rectis, fieri iuſſa, æquali proſectio linearum Decuſſatione, eam fieri debere, **NATVRÆ** quædam requirit **IUSTITIA**. Secundum cuius Iuſtitie Normam, de **Aequilatera CRUCIS** (qualis eſt Latini Alphabeti litera vigefima prima) hæc quæ ſequuntur, perpendenda proponemus. **CRUCIS**, Rectilinear, Rectangulæ, & **Aequilateræ**, Si per commune ſectionis punctum, & **Contrapoliſtos**, angulos, Recta ubique tranſire concipiatur: Ex ytraque parte, ſic tranſeuntis Rectæ, Crucis factæ partes, ſunt omnino ſimiles & æquales: Quarum figura, eadè ſunt, cum illa **Latinorum** litera, quæ Vocalium eſſe **QUINTA**, recepta eſt, & ad **QUINARIVM** denotandunt, apud Antiquiſſimos **Latinorum** Philoſophos viſitatiffima erat: Idque haud abſurde ab illis

ab illis eſſe factum cenſeo; cum ſit Denarij noſtri, Conſormis Medietas. Ex illius ergo figuræ, Sic duplicata (ex hac Hypothetica Crucis diuiſione) proveniētis, ea ratione, qua **QUINARIVM** ytraque repreſentant (licet erecta altera, Altera autem hic ſit euerſa) Nonemur, Radicum Quadratarum hic imitari Multiplicationem. Quadratarum: (quæ hic mirabiliter in **NUMERVM** **CIRCVLAREM** incidit, ſcilicet **QUINARIVM**) Vnde produci certò conſtat, **VIGINEſ**, & **QUINQUE**: (vt & ipſa litera, eſt vigefima: & Vocalium Quinta.) Nunc vero alium ſitū ipſius **CRUCIS** æqualiteræ conſiderabimus: iſtum nimirū: qui noſtræ **MONADICÆ** **CRUCIS** Situi eſt ſimilis: Similem autem hic fieri Crucis Diuiſionem bipartitā (vt ſupra) ſupponimus. Vnde alterius literæ, Latini Alphabeti, ſe monſtrat etiā geminata figura: erecta vna, euerſa, & averſa, altera: **QUE** (ex **Latinorum** vetuſtiſſima conſuetudine) ad **QUINQUAGINTA** repræſentandum, in viſu eſt. Iſtud, inde mihi primò ſtatutum videtur: Eò quòd ſit & illa quidem **QUINARI I**, Nota, ex noſtro **CRUCIS** **DENARIO**, eſſentialiter deſumpta: at eo ſitu Locata, quo, omnium Myſteriorum Maximi, ipſa Crux, eſt Conſummatiſſima, Hieroglyphica Nota: Vnde **DENARI I** Poteſtatem, in ſua **QUINARIA** Virtute **COMPLECTENS**, **QUINQUAGENARIO** NUMERO, tanquam ſuo Partui, gratulatur. **Q, MI DEVS, QVANTA, HÆC MYSTERIA?** & Nomen illi, **EL**. Immo & hac ratione quoque, ipſam Denariam Crucis virtutem reſpicere videtur; quòd Medio Loco, inter primam Alphabeti Literam, & ipſum Crucis Denarium ſit conſtituta: & ab alterutra, ipſa ſit, ordinæ, Decima. Et cum in **CRUCIS**, duas cuiusmodi integrales eſſe partes oſtendimus (Numeralem nunc ſolum earundem vim Conſiderantes) **CENTENARIVM**, inde

excrefcere apertiffimum eft. At fi, ex Quadratorum Lēge, Mutuam patiātur Multiplicationem, Bis Millē, Quingenta nobis reddent: Qui huius **QVADRATVS**, ad prioris Circularis Numeri **Quadratum**, comparatus: & eidem Applicatus, etiam **CENTENARIVM**, denuo reftituet: vt & ipfa **CRVX**, fecundum Sui **DENARIJ** Potentiam, fe explicans, **CENTVRIO** effe agnofcetur: Et tamen cum fit nifi **Vnicus** ipfe **CRVCIS** Character: **Vnum** quoque representat: Hic ergo (præter alia notatu digniffima) ab iftis **CRVCIS** Theorijs, Numerate, & Progredi iâ fumus edoñi ad hunc modum: **Vnum**, **Decem**, **Centum**. **DENARIA** fic nos Euchente **CRVCIS** Proportione.


**THEOR. XVII.**

**VT** ex Sexto Theoremate liquere potest, in **CRUCE** nostra **QVATVOR** rectos considerari, angulos: Quorum vniciq̄ue, **QVINARIJ** attribuere fignificationem, præcedens doceret Theorema: Vno quidem locatis modo: At alterum obtinētibus Situm: Idem Theorema, **QVINGVAGENARIJ** Numeri, fieri Hieroglyphicas Notas admittit: Ita, euidentiffimum est, **CRUCEM**, **DENARIVM** notare vulgariter: Tum in Latini Alphabeti ordine, literam effe vigefimam primam: (Vnde est factum, quod **Sophi**, **Mecubales**, dicti, viginti vnum, per eandem Significabant **Literam**.) Denique, & Simpliciffimè considerari poffe: vt **Vna** Nota, effe confpicitur, qualemcunq̄ue & quantamcunq̄ue aliam habet potestatem. Ex quibus omnibus, optima Demonstratione Cabaliftica concludi poffe videmus: **CRUCEM** noſtram, **Myſtis**, **DVCENTA**, **QVINQVAGINTA** **DVO**, mirabili Compendio Significare poffe. **QVATER** enim **QVINGVAGE**, **QVATER** **QVINGVAGINTA**, **DECEM**: **VIGINTI** **VNUM**, & **VNUM**: **DVCENTA** **QVINQVAGINTA** **DVO** efficiunt.

ficiunt. **Quem** Numerum, duabus adhuc alijs rationibus: ex præmiſſis vt nos elicere poſſumus: ita Cabalifticis **Tyronibus**, eundem commendamus eruendum: breuitati ſic **Studentes**: Eiuſdē tamen **Magiſtralis** Numeri, variam productionem artificioſam, **Philoſophorum** dignam **Iudicantes** **Conſideratione**. **Nec** vos, aliam, hic, **Myſtagogiam** **Celabo**, **Memorablem**. **CRUCEM** noſtram in duas alias **litas** ſe **Distribui** **Paſſam**, **Videntes**: **Si**, vt **Numerale** eandem **virtutem** quodam modo **perpendimus** prius, ita viciffim nunc **ILLARVM** **VERBALEM** **VIM**, **CVM** **IPſA** **CRUCE**, **CONFEREMVS**, quod inde **Oriatur** **LIX**: **VERBVM**, **Finale** & **Magiſtrale** (ex illa **TERNARIJ**, in **Vnitare** **Verbi**, **Conſpiratione** & **Conſenſu**) cum **ſumma** **Admiratione**, **Intelligemus**.

**THEOR. XVIII.**

**EX** duodecimo & decimotertio Theorematis noſtris colligi potest, **Cæleſtem** **Aſtronomiam**, **INFERIORIS** effe **quafi** **Parētem** & **Magiſtram**.




**Subleuatis** ergo in **Cælum** oculis **Cabalifticis** (ex **Prædictorū** **Myſteriorū** **Theorica** **Illuminatis**) talē ad **amufim** noſtræ **MONADIS**, **conſpiciemus** **ANATOMIAM**: In **NATVRE** **LVMINE**, **VI** **TA** **QV** **ſe** **ſic** **no** **ſemper** **oſtendē** **tem**. **Et** **ſuo** **pte** **NV** **v**, **Secretiſſima** **hu** **i** **uſce**.

inſcè Phyſicæ ANALYſeos Myſteria, apertiſimè detegentem. OVI autem figuram, iſti COORDINATIONI adhibere: Cæleſtis NVNCIUM, dum Theoricos, Cæleſtæque Geſtus, ſumus aliquando Contemplati, fuimus edoſti. OVALEM enim, Ipſum, in Aethere, ſuo Curſu Figurare Circuitionem, Aſtronomis eſt nōtiſſimum. Et, cum Dictum, Sapienti, Sat eſſe debeat: En noſtrās huius Cæleſtis Conſilij Interpretationes (ſic Hieroglyphicè propoſitas): prædictis omnino Conſentaneas. HINC Moniti, diſcant Miſerrimi Alchimiſtæ, ſuos agnoſcere Errores varios: Quæ ſit Albuminis ONORVM AQVA: QVOD EX VITELLIS OLEVVM. Quæ OVORVM CALX: HINC, Imperitiſſimi illi Impoſtores, cum illorū Deſperatione, Intelligant: Aliaque his ſimilia, per plura: HIC PROPOR-TIONATVM ANATVRA, FERETOTVM HABEMVS. Hoc illud eſt OVVM AQVILINVM, Quod SCARABEVS, olim diſrupit: Propter INIVRIAM, quā Timidis Brutis, Hominibus, Illius AVIS Violentia & Cru-delitas intulit: Licet ad Scarabei Antrum (Auxilij Implo-randi Gratia) aliquibus conſugientibus, non inde tamen liberatis: Sed ipſe ſolus Scarabeus, hanc ſibi vindicandam INIVRIAM, modis omnibus, exiſtimans: Vt erat alacri animo, Conſtantiq̄ue Voluntate paratus, ita, ad id præſtan-dum, nec Viribus carebat, nec Ingenio: Vnde, varijs Cona-tibus AVILLAM dum perſequeretur Scarabeus: Subti-liſſima FIMI Arte vſus, Illius tandem (vel in Iouis Gre-mio depoſiti) OVVM, in TERRAM PRÆCIPITARI adeoque DISRUMPI effecit. Et eadem, aliāque ratio-ne Aquilinam tandem totam Speciem, è Terris deleuiſet Scarabeus, niſi, (malum tantum Præcauens,) Iupiter, effe-ciſſet: Quo Anni tempore, Aquilæ ſua ſollicitè curat OVA, Nulli vt circumuolentem SCARABEI. Illis tamen Con-ſulerem, qui iſtius AVIS vexantur Cruelitate, ab ipſis

Heliocan-

Heliocantharis (qui ita certis Temporum Curriculis lati-tando viuūt) Vtiliſſimam artē diſcere: Quibus, iam licet nō faciant ipſi, eſſet tamen longè gratiſſimū, ſuis INDICIIS & Signis, de ſuo Inimico, Vindictam ſumi poſſe. Et hic (O Rex) non Aefopum conari me vt agam, Sed Oedipum, Fa-terentur, ſi ad eſſent, Illi, quorum Mentes, ita de Natura Summi Fabulari Myſterijs, primò ſubiuit. Eſſe profe-ctò quosdam noui, qui SCARABEI ARTIFICIO, ſi haberent DISSOLVTVM AQVILINVM OVVM, CALCEM eiſdem, cum Albumine puro, totoque TEM-PERARENT primò. Deinde illud TEMPERAMEN-TVM, VITELLI liquore toto, artiſticioſo ordine, obli-nirent: voluendo, reuoluendoque: Vt Scarabei ſuas con-glomerant Pilas. Ita, magna fieret OVI METAMOR-  
PHOSIS: iam ſcilicet diſparēte, & quaſi

inuoluro ALBUMI NE ipſo (illis multis, veſuti Helicis Reuo-lutionibus factis) in ipſo VITELLINO-SO LIQVORE. Cuius Artiſtici, tale Hieroglyphicum ſignū, NATVRÆ haud diſplicebit Oeconomiſ. Sæculis priori-bus, multum eſſe à grauiſſimis, & Anti-quiſſimis, celebratū Philoſophis, tale Artiſtium, legimus: certuſſimum, & utiliſſimum. Anaxagoras certe, ex hoc Magiſterio, excellentiſſi-mam, Poſt, fecit Medicinam: vt in ſuo. *περὶ τῶν ποσῶν* quæritur.



libello videre licet. Nihil hic esse extra nostræ MONA-  
DIS virtutem Hieroglyphicam, qui animum istis Mysetijs  
sincerius applicat, clarissimè percipiet.

## THEOR. XIX.

QVOD SOL & LVNA, omnibus cæteris Planetis, longè  
fortius, in inferiora cuncta Elementata Corpora, suas  
Corporales infundant Vires: Omnium rerum Corporata-  
rū ANALYSIS PYRONOMICA, Effectu demonstrat:  
LVNAE dum refundunt Aqueum Humorem: SOLIS-  
QVE Igneum Liqueorem: quibus, Rerum Mortalium Sustē-  
tatur CORPVLENTIA TERRESTRIS.


## THEOR. XX.

Licet satis bona ratione Hieroglyphica, supra, demonstra-  
uimus, ELEMENTA, per Lineas Rectas significari: Hic  
tamen de CRVCIS nostræ PVNCTO quasi CENTRA-  
LI, Exactissimam dabimus Speculationem. In TERNA-  
RII nostri Consideratione, nullo modo, Illud Absesse po-  
test: in eo nostri BINARIJ Sitū. Si enim absesse posse,  
Quis (Diuinæ Imperitjs Matheseos) contenderet: Absesse  
Supponat. Non erit ergo Reliquus, BINARIVS noster:  
Sed emerget QVATERNARIVS: Puncti illius Ablatione,  
Discontinua Linearum vnitate. At Binarium esse Re-  
liquum, vnā nobiscum Suppositū Aduersarius noster: Erit  
ergo & BINARIVS, idem, & QVATERNARIVS, ead-  
dem consideratione. Quod, *non aduersari* esse, satis est  
Manifestum. Adesse ergo ex omni Necessitate, debet illud  
PVNCTVM, quod cum BINARIO, nostrum Cōstituat  
TERNARIVM: nec Aliud quid eius loco SVBSTITVI  
potest. Non tamen est de Hypostatica Proprietate, ipsius  
BINARIJ: nec aliquo modo Pars. Quod non sit Pars,  
hinc demonstratur. Omnes Lineæ Partes, sunt Lineæ. At  
illud esse PVNCTVM, hypothesis confirmat. Non ergo  
BINA-

BINARIJ illius Pars aliqua: Vnde multo minus de Hypo-  
statica Proprietate Binarij. Proinde NOTANDVM est  
maximè, quod & Propriam Habeat HYPOSTASIM: Et  
nihilò minus tamen, in ipsis nostri BINARIJ Longitu-  
dinibus LINEARIJS, cōtineatur. Et quia, Sic, VTRIS-  
QVE videtur esse COMMVNE, QVANDAM, & IPSVM,  
BINARIJ, SECRETAM RECIPERE IMAGI-  
NEM cæteri. Vnde, QVATERNARIVM, Hic, DEMONSTRAMVS, IN TERNARIO QVIESCENTEM.  
Tu, mi Deus, mihi ignoscas obsecro, Si erga tuam nunc  
Peccauerim Maiestatem, rātum, in Publicis Scriptis, Reuelans,  
Mysterium. Sed Spero, quòd, Soli, qui sunt Digni illud  
verè Intelligent: Pergamus nunc ad nostræ CRVCIS,  
illum, quem asignauimus QVATERNARIVM. Vbi an  
Absesse illud PVNCTVM potest, quod est Representa-  
tur, perpendamus. Mathematica profectò nos docet remo-  
ueri posse. Nam non Solum, EO SEPARATO, RELI-  
QVVS Est noster QVATERNARIVS: Sed cum DISTINCTIONE longè, tum CLARIOR in omnium oculis  
erit FACTVS. NVLLA SVB SVBSTANTIALIS PROPORTIONIS RECEDENTE PARTE:  
SED SVPERFLVO, ET CONFVSIONIS PVNCTO,  
SIC DAMNATO, REIECTO QVE. O Omnipotens  
Diuina Maieestas, QVANTAM TVIS APICE VIBIS, ET  
IOTIS, IN TVA DESCRIPTIS, DISPOSITIS QVE  
LEGE INESSE SAPIENTIAM, ET INEF-  
FABILVM MYSTERIORVM INFINITATEM, CON-  
FITERI COGIMVR MORTALES: SI MAXIMA  
TERRENA SECRETA ET ARCANATA, VNIVS IS-  
TIVS PVNCTI, NAME, (AT IN TVO LVMINE)  
LOCATI ET EXAMINATI, INDICIO VA-  
RIO, EXPELLICARI ET FIDELISSIME DEMON-  
STRARI QVEANT P VNCTI videlicet, in TERNA-



RIO diuino, nullo modo SUPERELVNIAT PUNCTI  
 in QVATVOR ELEMENTORVM REGNO, confide-  
 rati; FAECVLENTI quidem; CORRVPTIBILIS,  
 TENEBRICOSE. O Terquē, Quaterque Beatos Illos,  
 qui illud TERNARIUM, (quasi COPVLATIVVM) ADI-  
 PISCI possunt PUNCTIVM: & illud QVATERNARI-  
 II, TETRVM & SUPERELVVM, AMANDARE Te-  
 nebrarumq; Relinquere Principi. Sic, ad CLARITATIS  
 NIYEAER, & GALBARVM VESTIVM: Ornamenta per-  
 veniemus, O MAXIMILLIANE: Quem, Deus, (ista  
 Mystagogia, aut Austriacae Familiae aliquem) Maximum, ali-  
 quando faciat (vel me quidem in Christo Dormiente) ad  
 sui Tremendi Nominis Honorem: in istis, Istis, (Puncti in  
 TERNIS SUPERELVLI) abominandis Tenebris, & vlti-  
 rierius, intollerabilibus. Sed ne Ipse iam Superflua (non  
 apto scilicet loco) profundam verba, intra Propositi mei  
 Cancellos, actutum, nunc me recipiam. Et, quia, illis Ser-  
 monem iam absoluerim, quorum Oculi in eorum Sedent  
 Corde: Nunc mihi ad illos couertenda. Oratio est, quorum  
 Corda in coria adhuc prominent oculis. Que hoc loco di-  
 ximus, En CRVCIS adscripta figura, aliquo modo represen-  
 tare potest. Primum, de PUNCTO, in Binis Aequalibus LI-  
 NEIS (æqualiter & inæqualiter decussatis) NECESSARIO;  
 Veluti hic, ad A. Deinde, ad B. (quasi quandam Puncti sus-  
 persui ablati, Vacuitatem) distin-  
 ctas videtis, QVATVOR rectas  
 Lineas: à PUNCTO, prius illis cõ-  
 muni, SEPARATAS: Illis, inde,  
 nullo, eueniente sui, detrimento.  
 Ista est via, per quam Nostra MONAS, per Binarium, TER-  
 NARIUMQUE, progrediens, in QVATERNARIO Pu-  
 nificato, SEBI Vni restitatur, per Aequalitatis Proportio-  
 nem. (Quodque enim Totum, suis omnibus partibus est  
 Aequale.)




Aequale.) Hocque dum fiat, nihil interea Berenarum ad-  
 mittit, Nostra MONAS, Vnitatum: Numerorumue: Cum  
 ipsa sibi exactissime Sufficiat: Suis absolutissima Numeris  
 omnibus. In quorum Amplitudinem, tum Magicis dif-  
 funditur modis: tum non vulgari, post, Artificis Industriae  
 & maximo Ipsius Monadis Emolumentum, (in Dignitate &  
 Potentia) ad suam Primam Propriamque Restituitur MA-  
 TERIAM: interim, quae ad genuinam hereditariamque  
 suam non Spectant Proportionem, omni modo & diligen-  
 tia, relictis, reiectisque in aeternum Facibus.

## THEOR. XXI.

SI, Quod in nostrae MONADIS Reecessibus, Interius Late-  
 bar Inuolutum, esset id quidem in Lucem erutum; comu-  
 tatisque vicibus, eiusdem Partes Primae, quasi que Exterio-  
 res, Loco Includerentur Medio, Qualis inde fieret MON-  
 ADIS Philosophica Transformatio, Superius Vidistis:  
 Nunc verò, Mystica MONADIS, aliam vobis propone-  
 mus Localem Commutationē: Partibus illis, vnde SVE-  
 RIORVM PLANETARVM, Characteres nostri Hieroglyphici,  
 sese nobis obtulere prius, Sursum hic erectis: eaq; ratione,  
 reliquis quidē deinceps Planetis, eum singulis Sortientibus  
 Suis, quae illis Plato adscribere ferè visus est:  
 Si rite ex Positione ista defumantur. In ipso  
 enim Acumine Arietino, Conueniunt Saturnus, Iupiter,  
 Veneri Mercurioq; inseruit. Sequuntur tandem ipse Sol, &  
 Infima LVNA. Sed hae alio sunt ventilanda loco:  
 Nostrae tamen MONADIS haece: nolui celare The-  
 sauros Philosophicos: Sicque vnam rationem dare curita  
 MONAS, in qua  
 tari Sicutum, consultam diximus. Sed, alia, quae in rem ves-  
 tram esse scio, Videte, Auditeque, de hoc Sicutum, maiora  
 paucaque explicanda. Distribuantur igitur MONAS  
 (hoc

(hoc nouo modo Locatam) in Anatomica Membra B. D. C. Vbi in illo nouo TERNARIO; ipsius D, & C, vel Rusticis quidem, sunt notæ FIGURAE. At ille TERTIVS, qui per B designatur, non tam facile à Cunctis cognosci potest. Nec illud quidem leuiter est considerandum; illas



1. tam notas FORMAS, D, & C; separatas diuerfasque ab illo B, ostendere
2. cundò, quòd istius C, cornua, quasi TERRAM versus conuerti còspiciantur: Et, D illius, ea pars quæ ipsam
3. C, illuminat: versus terram, deorsum Scilicet, respicit: in cuius solius Centro, est Visibile PUNCTVM: verè TERRE.
4. Et Quòd vtraque Denique D & C, ad Inferiora magis loca, hic suum Hieroglyphicum faciūt Indiciū, quàm B. Terra autem, Hieroglyphicè, STABILITATEM, & FIXIONEM notare nobis potest: Qualia ergo sint D, & C, inde, concludendum relinquo. Vnde etiam Magnum nunc notare SECRETVM, Quisq; potest: de Priore SOLIS & LVNA, quæ diximus, quo modo hinc Interpretationem pleniorē, & maximè necessariam, recipere possunt: Illis quidem, vsq; in hunc locum, sursum positis: Lunariibusque Cornibus sursum eleuatis. Sed de hoc Satis. TERTIUM nunc illius, iuxta nostræ Hieroglyphicæ Artis Fundamenta examinemus NATVRAM. Primò, in Capite gestare videtur LVNAM, DVPLICEM. Vel Arietem, nostrū, (sed inuersum Mysticè.) Deinde Elemētorum habet annexum Hieroglyphicum Signum. Quantum ad LVNAM Duplicatam attinet: Sic (iuxta Materiam subiectam) explicari potest: DVPLEX LVNAE GRADVS. De gradibus loquimur illis, quales Physices Periti, QUATVOR tantum inter omnes possunt inuenire Creatas NATVRAS: Nimi-

NUM



rum: ESSE, VIVERE, SENTIRE, & INTELLIGERE. Primò ergo Duos istorum Gradus, huic inesse annotantes: Sic dicemus: LVNA EXISTENS, VIVA. Visu verò Quidam per Motum, definiunt: MOTVS autem Sex sunt notissimæ Species. CRUX certè quæ adiucta est: Elemētorum hic requiri Notar Artificium. Præterea, in istis nostris Theorijs, vt SEMICIRCVLVM, LVNAE esse Hieroglyphicum sapissimè tradidimus: Ita & Integram Circulum, SOLIEM significare: hic autem, duo sunt Semicirculi; Sed SEPARATI (ad commune PUNCTVM Copulati tamen) qui, si aptè coniungantur: (vt arte possunt quidem) SOLAREM nobis Circularemque referre possunt Plenitudinem. Ex istis simul consideratis, sic Summatim, Hieroglyphicè, nos hanc proferre posse Sententiam patet: LVNA EXISTENS VIVA, PER ELEMENTORVM TRACTANDA MAGISTERIVM: HABENS POTENTIAM, VT SOLAREM REPRESENTET PLENITVDINEM, VISISIMVL ARTE CONNEXIS SEMICIRCVLIS. Compleatur ergo: Fiat, ille, (quem diximus) CIRCVLVS: vt, per Electram, hic annotauimus. Memores ergo simus, primò hanc SOLAREM GRADVM, non Naturam nobis fuisse obuium, sed ARTIFICIALEM, FACITIVVM, & VBIAM esse: Et eum quidem nobis se obtulisse primò aspectu: & Naturam suam (vide licet in B) suis Partibus Laxis, Pluris, dissolutis, non SOLAREM in solarem Speciem Compactis. Deinde horum Semicirculorum Semicircularem, non esse aequalē Semicirculo D & C (nobis ita notorum, & omnibus Notissimorum) sed Minorem multo. Vnde Clarum est: non esse tantam Amplitudinis, illi B, quante sunt ipsa D & C. Et hoc bene nobis confirmat Epigrammate opere isto: Circulari, & B in Speciem Epromoto, Nam inde nobis emergit VERA ARTE solum Character. Apertum ergo iam fecimus Hieroglyphi-

NUM

F cis istis

cis istis Syllogismis: Ex B, non sperandum nobis verum D.  
Nec fuisse primò veram C, in natura B: Vnde nò fuit VERA,  
LVNA, viua. De VITA ergo & Motu quoq; ià dubitare  
potes: an verè & Naturaliter, sic se habeat: Erunt tamè, vt  
iam Prudentibus Elucidauimus, ad minus ANALOGICA  
quidè, OMNIA, quæ simili (de B) dicuntur Phrasivt & superius,  
quæ de C, & D, perstrinximus breuiter, ANALOGICE:  
Ipsi B, cum suis ELEMENTIS, Proprie conueniunt. Quæ de  
Arietis etiã Natura, adduximus, hujc debet exactè conuenire:  
cum eandè illius in suo capite (licet inuersã) gesserit Figurã:  
vt & Elementorũ eadè Nota Mystica, ipsi B adiungitur.

Cum ex hac tamè Anatomia videmus, quòd ex vnico nostro  
MONADIS corpore (tali dissecto arte) iste nouus prodierit  
TERRÆ, IONIS: Vnde, dubitare nò possumus; Eiusmodi MEMBRÆ,  
mutuam inter se amplexura SIMPLICITATIAM: VNIONEMQUE  
MONADICAM ABSOLVTISSIMAM, sua quasi sponte, admittura:  
Ita in istis MEMBRIS, MAGNETICA virtus est vegeta.














Hoc denique annotare libuit, (animi recreandi gratia):  
Quòd ipsum B, nobis, RVSTICAS, tot literas expeditiuisi-  
mè exhibet, quot Puncta, sursum, conspiciendã in  
Capite, & quasi Fronte gerit: istas scilicet tres:   
vt & alias quasi sex: (Sũmatim autè ter tria) RVDES,   
valde & impolitas, fluxiles velubilesq; vt, ex Semicirculis,  
vno vel pluribus, eadè esse factas videtis. Sed Expertorum  
literatorumque manibus inest firmior Stabiliorque ISTEAS  
FORMANDI LITERAS Ratio, Mysteriorũ infinitatè, hic ante  
oculos habui: sed volui cum hoc Ludicro, istam abrumperè  
Theoriam: Haud parũ tamen me quorundã promoturũ  
Conatus intelligo: Si (priori suo Mystico: Situi, restituta nostra  
MONADIS: Compositiq; Artificiosè singulis MEMBRIS)  
Saltem moneam eosdem, horterque accuratius, vt perscrũere,  
QVIS fuit IONIS ille: ARIBETINVS, TRIPlici-

PLICI-

PLICITATIS PRIMÆ. QVIS ille Aequinoctialis no-  
ster. QVIS in causa fuit, quòd SOL EXALTARE pò-  
terat SVPRÀ VVLGARÈM SVVM GRADVM: Ce-  
teraque priora, per plura, SECVNDIS SAPIENTIO-  
RIBVS PERCVRRERE MEDITATIONIBVS, Sed  
nos ad alia nunc properantes, digito tantum alijs iter indi-  
care, (cui insistere debeant) non amice solam, sed etiam fi-  
delissimè volumus: MYSTERIORVM (vt diximus) aliorum ta-  
centes tamen infinitatem Conspiciam.

## THEOR. XXII.

Nondum nostræ MONADIS esse exhausta Mystera, fa-  
cile liquebit: Si secretiora quedam ARTES SAST-  
CTAB Vasa (omnino Cabalistica illa quidem) Solis Initia-  
tis Reuelanda, ex eiusdem MONADIS officina cautè de-  
sumpta, Vestre Serenitati Regiæ, nunc exhibuerim specta-  
nda. OMNI ergo NEXV nostræ MONADIS Sapien-  
ter DISSOLVENDO, singulis partibus (distinctionis gratia)  
literales addamus.

Notas prout hinc   
factum videtis.   
Monemus ergo, a-  
esse Vas quoddã   
Artificiale, ex A &   
B: cum (vnisque   
comantur) & iam   
Manifestado: Si   
MEDIA METRO)   
ipsa quidem M, fa-   
ctum: Et, ab AL-   
phabeti, Græci, Di-   
ma, hac litera, sola   
pariũ: docti Me-   
rarchi, diuersum:   
triflor

E 2 vt Videtis.

ut videtis: Ex Recta enim, Circulo & Semicirculo, Vera illius, Mystica que iam nos primū docemus, Symmetriam (licet supra etiā monuimus ex Circulo, & Semicirculo eandē fieri posse: omnia tamen in idē recidunt propositū Mysticum) At λ, & δ: Primū quidem, aliorū sunt Vasorum quasi Imagines: (λ, quidem, VITREI: δ, aure, Terrei.) Sed, se cūdo in loco, λ, & δ, nos memores reddere possunt, cuiusdam Pistilli & Mortarij, ex Materia (verē) tali preparandorum: Vt cum eisdem Margaritas Artificiales non perforatas, Laminas chrystallinas, Beryllinasq;: Chrysolitos, Rubinos deinde pretiosos, Carbunculos & alios Rarissimos, Lapidis Artificiales in Pulveres subtilissimos Converterimus. Denique quod eum & notatum videtis, Vasculum est, Mysteriorum Plenissimum: & ab ipsa Ultima Alphabeti, Græci litera, ad suam primam institutam Mystagogiam nunc restituta: vel sola partium manifesta Metathesi locali discrepās: ex duobus & illa quoque constante Semicirculis. De Vulgaribus præterea Necessarijs Vasorum, tum figuris, tum (vnde fieri debent) Materijs, non est necesse hoc loco, vt verba faciamus. Hoc tamen erit considerandum, a sui Muneris obtuendi captare Occasionem, ex Secretissimo brevissimoque Spiraculi ARTIFICIO: Et ( חלה הרי ששם נשחם כורם ) Tyronibus OPERAS expeditissimum elicit Primordiale Specimen: Interim dū SVBTILIORA Preparandi, artificiosior illis innotescat Via. At in λ, vitreo, (In præcipui sui officij functione,) Atr omnis externus, Ventulūe damnū adferret magnum. ω, autem, OMNIUM est HORARVM HOMO:

Προσολα

Tis ipse, Τεχνη, Quisiam non potest subderari, insuavis-  
mos & saluberrimos Fructus: vel ex istarum (dico) duarum tantum literarum enascentes Mysterio? Quorūm aliquos quasi in speculo videndos, propius aliquantulum ex nostris

nostris HESPERTIDVM HORTIS) adducemus: Nihil extra nostram MONADEM, in mediū ferentes. Ipsa enim quæ in Alpha apparet Recta Linea, omologa illi est, ex postremæ Anatomie, Crucis parte ea, quæ Litera M, notatur: reliqua etiā, inde patere potest, vnde huc veniant.

	Existent ante Elementa.	Adam Mortalis Masculus & Fœmina.	Mortificans.	Adumbrans.	Natus In Stabulo.
	Elementaris œconomia.	Elementalis Genealogie Consummatio.	Cruz.	Cruz.	Holocaustum in Cruce.
	Existent post Elementa.	ADAM IMMORTALIS.	Vinificans.	Manifestissimus.	Res Regum Vbiq̃ue.
Conceptus Singulari Influentia.	Potentie Semen.	Creatio Hyles.	Matrimonium Tetractice.	Principium	
Passus & Sepultus.	Ἡ Virtus Denaria.	Depuratio Elementalis.	Crucis Martyrii.	Medium.	
Resurgens, propria virtute.	Glorie Triumphus.	Transformatio.	Matrimonium Diuinum.	Finis.	

His paucis, tales me scio non deoproprie solū, sed A podices dare illis, quibus Ignis intus viget gliscitque Vigor, & electis Origo: vt facile iam magno Democrito, aurem præbeant: ut sic, & sic prædicentur. *non Mubris esse hoc Dogma, sed*


„Μονάδων & Arcanum: vt & illi, qui asseruit, quod λόγος ἑν-  
 „ἔργον κτισμὸς μεθ' ὧν ἐστὶν: ἢ ἡ θεοφάνη καὶ ὁ θεογενὴς ἀνθρώπουτος, ἢ δὲ  
 „τῆς ἀβύσσου ἐργασίας: καὶ θεολογικῶν: καὶ μυστικῶν λόγων μεθ' ἡ.

## THEOR. XXIII.

Symmetrias, iam, in nostrae MONADIS Constructione Hieroglyphica, a nobis obseruatas: & ab illis, qui in Anulis, Sigillisue eandem gestare, vel aliter habere, gratū erit, obseruandas: accuratē annotatas hic exhibemus. In Nominē IESV CHRISTI, pro nobis CRVCIAFFIXI (cuius Spiritus celeriter hæc per me Scribentis, Calamum tantum, esse Mē, & Opto, & Spero.) EX ELEMENTORVM nostra CRUCE, omnes istas nunc petemus Mensuras: Vel hac quidem (iuxta PROPOSITI ARGUMENTI MATERIAM) ratione: Quod, sub Cælo LVNAE, quidquid suæ Generationis capit Exordiū, vel ex QVATVOR Elementis est coagmentatum: vel Elementaris ipsa quidem est ESSENTIA: Idque, modis varijs, non Vulgariter cognitis. Et quia, nisi nulla re Creatæ, Elementa ipsa in Aequali sunt Proportione, vel virtute: Artē tamen ad Aequalitatē, in quibusdam (vt Sophi norunt) rebus, reduci possunt: in CRUCE nostra, Aequales & non Aequales constituimus partes. Quod, alia ratione, Idem & Diuersum: siue Vnum & Plura, nominare possumus: CRVCIS æquilatera, (vt supra monuimus) in Secreto, admittentes Proprietatem. At, SI SYMMETRIARVM hic positarum, rationes (quas tenemus) singulas, in medium adduceremus: vel aliter, quam (Sapientibus) abundē satis, per totum fecimus opusculum, demonstraremus causas: Propositi nostri, Limites, nobis, haud temerē præscriptos, transiremus.

ACCEPTO, in plano, Puncto aliquo: Veluti A: per idem, vtrinque, ducatur Recta satis longa: que sit C, A, K: & super lineam K, C, a Puncto A, erigatur Perpendicularis: Vtrin-

que, ad sufficientem producta Longitudinem (in Infinitum, solent dicere. Geometrae; bene, incommoda præcauentes) Quæ admittatur esse D A E. Iam in A K: accipiat Punctum, vbi libet: & sit B. Habita primum nunc A; B, (nostræ scilicet operis cōmuni Mensura) huius, Tripla capiatur, ab A versus C: & ponatur esse A C. Ipsius A B, Dupla fiat, A E. Et Dupla ipsius A B, sit A D. Ita quod tota D E, sit ipsius A B, Quadrupla. Sic ergo nostram CRUCEM ELEMENTALEM cōfecimus. Ex A B, A C A D, & A E. Linearum scilicet QVATVOR. Nunc, ex B K, refecetur recta, equalis ipsi A D: & sit B I. Centro I, & Intervallo I B, describatur: Circulus, qui sit B R: secans rectā A K in puncto R. A puncto R, versus K, rescindatur recta, equalis ipsi A B; & sit R K. Ad punctū K, educatur vtrinque; (ad angulos rectos, cum ipsa A K) Sufficientis longitudinis linea recta: quæ sit P, K, F. Ab ipso K, puncto, versus F, refecetur recta, ipsa D, æqualis: Et sit K, F. Centro deinde K, & Intervallo K F: describatur Semicirculus F, L, P, ita quod F, K, P, sit eiusdem Diameter. Tandem ad punctum C, ipsi rectæ A, C, ducatur Perpendicularis, vtrinque, ad longitudinem sufficientem extensa






& sit O, C, Q. Postea, ex linea C, O, & ad punctum C, accipiantur Recta, æqualis A, B, lineæ: Et sit C, M. Centro M, & interstitio M, C, describatur Semicirculus C, H, O, cuius Diameter sit C, M, O: Et simili denique ratione, ex C, Q, recta, & ad Punctum C, refecetur linea æqualis ipsi A, B: & sit C, N. Centro igitur N, & longitudine N, C, fiat Semicirculus, C, G, Q: Cuius, C, N, Q, sit Diameter. Iam Afferimus requisitas omnes, in nostra M O N A D E, S Y M M E T R I A S, explicatas, descriptasque esse.

Monere tamen Mechanicum libet: C, K, totam lineam, nouem esse talium partium, qualiū, nostra F V N D A M E N T A L I S, A, B, vna est. Vnde alia via, ille ad hoc idem opus absolundū accedere potest. Deindē Diametros, Semidiametrosque omnes, obscuris hic (vt loquitur Mechanici) lineis designari debere. Nec vllum visibile relinquendum C E N T R V M: excepto Centro Solari: quod, hic, litera I, notatum videt. Literasque adiungēdas nullas. Tum ad Ornatum, (non Necessitatem aliquam Mystificam à nobis ea ratione iam considerandā) Peripheria Solarij Latitudinem Superficialem (intrinsicus parallelō vno descripto) Mechanicus adijcere potest. (Parallelorum vero distātia, per quantam quintamque partem, A, B, vel circiter, fieri potest) Lunari autem, illam tribuere Speciem, qua solet Prima, post suā cum Sole Coniunctionem, in Cælo Appāere: videlicet Corniculata admodum. Quod fiet, si à Quinto, versus R, accipiantur illa, (quam diximus) Quarta, quintaue pars lineæ A, B: & super eius lineæ sine, tanquam Centro, Semidiametro vero Lunari, trahatur ista secunda Peripheriæ pars: ad utroque prioris Semicirculi contactum: nihil enim Simile quicquid ad M, & N puncta, fieri potest: erectis ibi Perpendicularibus, in quibus pars, ipsius A, B, sita, vel minime accipiantur: ubi, facto Centro, prioribus autem M, C, & N, C, Semidiametris, ducatur extrinsecus, illi secundæ, quali


quasi Semicirculi. Per ipsas denique, nostræ Crucis Rectas, vtrinque possunt Parallelæ protrahi, à medijs per octauam, vel decimam partē ipsius A, B, distantes: Ita vt nostræ CRUX, ex QUATVOR Superficiebus, quasi Linearib⁹, ea ratione cōficiatur: quarum latitudo, sit quarta vel quinta pars ipsius A, B, rectæ. Hæc Ornamenta, apposita figura, volui aliquo modo adumbrare. Quæ omnia, vnusquisque, pro sui animi sententia, facere potest: modò interea, nostris Mysticis S Y M M E T R I S, nulla (vel minima) inferatur Iniuria: Ne, ea quidem negligentia, temporis tandem progressū, verarum istarum (& maxime necessariarum) Commensurationū Hieroglyphicarum perturbetur, pereatue Disciplina noua: longè amplior Maiorque quā hoc libello, eandem vel potuimus, vel volumus quidem explicare. Vt Temporis Filia, D E I N V T V, docebit V E R I T A S.

AT, quæ cuius esse obuia possunt, in istis nostræ M O N A D I S Symmetrijs sese exercenti, Methodicè iam quædam, ob oculos ponentur. Primum quidem orientēs, à nostræ CRUCIS Linearum Q V A T E R N A R I O: eo habito respectu, quo, Q V A T V O R esse Lineas, simpliciter enuntia-



re, quis potest. Deinde de Earundem linearum **QUATERNARIO**: proüt peculiarem, Mysticamque, alio modo, habet partitionem, & rationem. Tertio, Numeris, quos vel isto loco, vel ex alijs, per totü libellum, Theorijs, artificiose elicumus, vtilia quædam à Deo in **NATURA**, esse destinata Officia, nonnullis monstrabimus exemplis: aliaque opportunis inferemus locis: quæ fructum haud exiguum ferent, probè intellecta: hæcque brevissimè absolvemus.

**QUATERNARIII PYTHAGORICI**



Omnis possibilis Metathesis, 24  
Summa Pythagorica, 10.  
Omnimoda partium additio, dat 30.

*Noster Metatheseos Canon.*

- >> **N**aturali ordine, à Prima Monade, descriptis quocumque
- >> Numeris: Si à Primo ad Vltimum, fiat Continuata multiplicatio: vt, Primi in Secundum: producti in Tertium: illiusque Producti in Quartum: similique modo ad vltimū
- >> Productum vltimum, omnem Possibile Metathesim in illis
- >> tot locis, determinat. Parique ratione, in quibuscunque, tot
- >> diuersis rebus: Hanc ego Operationem, tibi (O R E X) plurimum Commendo: tum in omni Naturæ examinatione, tum in alijs Reipub. Negotijs vtilissimā. hac ego in Hebræorum Tziruph (siue Ihmura) cum maxima voluptate, vii soleo.

**QVA-**

**QUATERNARIII ARTIFICIALIS.**




Continuata multiplicatio, — dat — 12.  
Simplex additio, — dat — 8.  
Omnimoda partium additio, Summa — est — 24.

Omni possibilibus Metathesibus Quaternarij, Aequalis: Quæ auriphysicam 24 Karat determinat Sancti Hieronimo, & Bohemana Summa supra terram dum habetur, per se.

**N**on sum Equidem Nescius, per plures alios, ex **QUATERNARIII**, Arithmetica Virtute, & **FORMALITATE**, in lucem adferri potuisse Numeros. Sed qui **ISTIS**, Naturæ evolui, illustrarique obscuritatem uagnam nonprehenderit: maiori eorum multitudine, obrundi suum non acuisentiret ingenium. Nostri ergo Numeris (vltimum polliciti) quantum in sit Auctoritatis, in **BLEMENTIS Ponderandis**, in **TEMPORVM MENSURIS** definiendis, Denique in **Rerum Potestati & Virtuti**, certis præscribendis **GRAPHS**, ex sequentibus, id perpendendum exhibemus Schematibus.

G 2 Numeri

Numeri nostri hanc habet Dignitatem: Ut illorum violare Leges, Peccatum sit contra Naturam Sapientiam: quae eisdem nos docere velit; in Mysterijs suis maximis examinandis) quibus certis Limitibus Statisque, Illi denunciantur



Omnibusque notis CAUSIS

HORIZON, AETERINITATIS

8	METAMORPHOSIS CONSVMATA	4
7		3
6		2
5		1
HORIZON TEMPORIS		

QUATERNARIUS: quo Numero, MONAS nostra SABRATA: ARTIS NATURA: VE vltimam nata POSTESTATEM.

4	Ignis	1000.	7
3	Aeris	100.	6
2	Aquae	10.	5
1	Terrae	1.	4
			3
			2
			1

REGNUM	3	Anthrax	24. 25.
Corpo	2	Citrinitas	
	2	Serenitas	12. 13.
	1	Tenebrae	



Antiquorum admodum Decem plus proportionum, explicat.

EXISTIS Schematibus, plura elici possunt: (si penitus considerentur) quam apertis par est proferre verbis. Hoc tamen praeter ceteris monemus singulare yuum, (a nobis etiam Primis vna cum tota hac noua euulgatum arte) Rationem hic in medio esse positam, ob quam, QUATERNARIUS, vel DENARIUS, Numerationibus finem imponit quendam: eamque causam quam atyulere Maiores nostri, non fuisse absolutam, exactamque asserimus: sed istam, quam nunc narrabimus.

Postquam ista MONAS, est sibi integrè, pleneque Physiceque Restituta, (tum quidem est MONAS, vnitissima, Magorum) que iudicata VNITAS) neq; in NATVRE, neque vllius ARTIS est potestate, EANDEM SAEPIS, QVAM QVATER, per Supercaelestes Revolutiones, ad Progressum vltimum, MOTVM VE faciendum impellere: (Ac inde progignitur Ille,

G 3 quem

(IN HOC)

» quem nos, ob eminentiam suam, sic notari volumus, &  
 » Idque ea de causa, quod nec in Elementalium mundo,  
 » nec Caelesti, nec SVOB R CAEL ESTI, sit aliqua  
 » Potestas, CREATA INFLUENTIALIS: Qua,  
 » tunc, non fuerit absolutissime Ditata & Dotata.

Cuius, hunc verum Effectum, QVATVOR simul (olim)  
 Philosophantes Clarissimi Viri, Operè sunt consecuti. Unde,  
 diu, Maximo Rei Miraculo Antonii, Tandem ad Dei  
 Opt. Max. Canendas, predicandasque Laudes se totos, de-  
 inceps conuertebant: Qui, ea ratione, illis, tantam Sapien-  
 tiam, & super CREATVRAS ceteras, Potentiam, Imperiumque  
 fuisse Largitus amplissimum.

## THEOR. XXIII.

VT, nostrum huius Libelli Exordium, à Puritate, Recta, Cir-  
 culoque Coepimus: Sicque ex nostro MONADICO  
 PUNCTO, LINEAREM nostrorum ELEMENTORVM  
 Effusionem Extremam, in Circulum Circumduximus,  
 1. Analogum ferè, ipsi Aequinoctiali, qui Horis 24, sua Con-  
 ficit Circulationem ITA, hanc tandem QVATVOR  
 OMNIMODAM METATHESIM, (Numero definitam,  
 2. 24.) METAMORPHOSIMQUE, hac nostra Vigesima  
 QVARTA Consummabimus, Terminabimusque Theo-  
 riam: Ad HONOREM GLORIAMQUE eius: QUI  
 (Teste, Mysteriorum Divinorum Archipraefule, Ioanne: in  
 QVARTI Apocalypseos Capitis, parte QVARTA, VL-  
 TIMAQUE, in Throno Seder: In Cuius MEDIO CIR-  
 3. CVITVQUE, Animalia QVATVOR (singula AEAS  
 sex habentia) Sine requie, DIE ac NOCTE dicunt:  
 Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Omnipotens:  
 QUI ERAT & QUI EST & QUI VENITURUS EST: QVEM  
 4. etiam, ex 24 Sedibus, in CIRCVITV positus, SENE-  
 5. AHS 24, procedentes (AVERTIS SUI ABIECTIS  
 CORONIS)

CORONIS) adorant, dicentes: Dignus es Domine ac-  
 cipere GLORIAM & HONOREM, & VIRTU-  
 TEM: QVIA, TV, CREATI OMNIA:  
 Et propter VOLVNTATEM TVAM  
 SVNT: ET CREATA SVNT.

AMEN, DICIT  
 LITTEA QVARTA  
 Δ:

Cui, DEVS, Volvntatem Ha-  
 bilitatemque dedit, Divinus  
 hoc Mysterium, aeternis Sic con-  
 signare Literarum Monimen-  
 tis: Laboresq; hoscè SVOS, pla-  
 cidissime absolvere, Lagna-  
 rii 25: die eiusdem 13,  
 Inchoatos:

An. 1564. Antverpia.

INTELLECTVS  
 IVDICAT  
 VERITATEM

Confusus ad punctum

Vulgaris, Hic, Oculus  
 CALIGAT, DIFFIDITQUE  
 plurimum.

ANTVERPIAM

EXCVDEBAT GYLIELMVS SILVIVS, REGIVS TYPO-  
 GRAPHVS: PRIDIE CALEND. APRILIS. AN. 1564.

GILFICIA  
 colom (s) agnunt; dicitur: Dignus es Dominus de-  
 cipere GORIAN & HONOREM & VITAM  
 TEM: QUA TU CENAS I OMNIA:  
 Et hoc dicit VOLUNTATEM TAM  
 SUNT: ET ORNATA SUNT

SPERCAESTES  
 ROBERTS  
 ADVAH

ET TERRA FRUCTVM  
 DABIT SVVM



CALIGATA LINDORVE

plurimum

ANTARRIANT  
 EXORDIUM GALLIENS SILVENS REGENS FRO  
 GRABVS: PRIDIS CALEND. APRILIS. AN. 1764